

possumus, eis providere in posterum. Quippe presentis seculi cupiditas et amoris insaciandi rapacitas alienis inestuat et, que | bona fide et iusto titulo possidentur, exsufflare non formidat. Igitur notum esse volumus omnibus Christi fidelibus, quod de vestra petitione et consensu nostri ministerialis Godefridi in Duteleue accedente pro interventu pecunię, quam eidem contulistis, duos mansos collegio vestro in Dostorhf tradidimus ita 5 quidem, quod prefatus Godefridus una nobiscum traderet. Ob huius igitur rei immortalem memoriam ne inposterum per consequentium temporum^{a)} ulli veniat in questionem et in dubium, presentem paginam vobis contulimus et inpressione nostri sigilli confirmavimus adhibentes testes fratrem nostrum Hermannum palatinum et ministeriales nostros, Ekehardum de Gottere, Christianum de Ekehardisberc, Arnoldum de Novo Castro, Hermannum 10 de Sulzce et fratrem eius. Data in Ekehardisberc anno dominicę incarnationis MCLXXXV^o, presidente in sede apostolica reverentissimo papa Lucio, imperante invictissimo Romanorum imperatore Friderico, presidente in sede Magontina archiepiscopo Conrado et primo eius archiepiscopatus anno. Ad habundantioem etiam cautelam omnibus esse notum volumus, quod predictorum bonorum tradicionem vobis ita legitime contulimus, quod non 15 solum prememorati Godefridi, verum etiam heredum suorum assensum requisitum adhibuimus.

(SJFR.)

515.

Der Abt Heinrich I. des Klosters Berge bittet den Papst Urban III. den innerhalb seiner Diöcese 20 in seinen Rechten vielfach gekränkten Bischof von Meissen zu schützen. [1185.]

Hdschr.: Cod. Viennensis (Saec. XII) fol. 38^b. Bibliothek Wernigerode.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,61. Gersdorf sucht wahrscheinlich zu machen, daß der Brief in's Jahr 1185 gehört.

Der Brief ist bereits Cod. Sax. I. 1,365 abgedruckt und dort auf Papst Urban II. bezogen worden, da mich Gersdorfs Ausführungen, nach denen der Brief an Papst Urban III. gerichtet sein soll, nicht ganz überzeugt haben. 25

[D]omino^{a)} et patri spirituali Urbano sanctę Romanę sedis universali pape H[einricus?] humilis abbas sancti Iohannis baptiste in Monte debitam obedientiam cum devotis orationibus et humili servitio. Ex quo divina providentia patrem pacis et gubernatorem ecclesie vos constituit, merito necessitates ecclesiarum ad sinum pietatis vestre referuntur. Ut vero pax earum violata est, auctoritate vestra consolidata reparetur et firma 30 persistat. Venerabilis Misnensis episcopus, quod clero suo resistente ecclesiam suam ordinare non posset et quod a manu laicali^{b)} multimodas oppressiones et iniurias sustineret, Magdeburgensi capitulo et confratribus suis episcopis, prelati et clero ecclesiarum frequenter conquestus est. Verum quia nimia contra eum persecutione prevalente, timore vitę ac etiam pro ecclesię suę honore conservando ad pedes misericordie et compassionis vestrę confugit, 35 zelo compassionis sue et iniurię nec non consideratione honoris et utilitatis, quam in edificiis et in rebus ecclesię recolligendis ecclesię suę ostendit, pietati et excellentię^{c)} vestrę

514. a) Schuhmacher ergänzt spatium.

515. a) D fehlt für eine einzuzeichnende Initiale. b) laicoli. c) excellentię.